pria! Sapientiam profeſſis nihil dignius, ſublimiusqve nihil, niſi SALIS ADMIRANDA, dedicare VOLCKAMERO meo, SCHRöCKIOqve, LUCÆ F. Patronis & Collegis venerandis, potui. Et debui, inprimis, qvòd his demum proximis diebus (forſan ſeriùs? ſolviſſem enim gratias maturè,) Ephemeridum noſtrarum Annus, ex Decuria ſecunda Miſcellaneorum, ſeptimus, à Bibliopola hujus loci, aliàs Amico, munus acceptiſſimum exhiberetur. Offeret ſe commoda occaſio fortaſſe, qvando id officii abs me, per ARGUM Oculisſimum, Collegam Conjunctisſimum, Patronum ſingularem, exegiſtis, ut in laudes inclytæ Academiæ IMPERIALIS, libertate Oratoriâ excurram; fortibus ſimul, non ſpecioſis tantùm pugnaturus armis contra lividos, qvi Theonino dente rodunt Univerſitatem tantam. Cùm non modò in Europæ Regnis exteris, *Britanni, Dani, Galli, Itali, Poloni*, (ne commemorem *Helvetios Belgasq;*) ſed ultrà Garaman-